



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An qui, v. g. accepit vnum ordinem ab Episcopo originis, possit variare,
& alium accipere ab Episcopo beneficij? Et an hodie Regulares possint,
non obstante Decreto Clem. VIII. die 3. Iunij. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

betur Episcopis in aliena diocesi Pontificalia exercere absque Episcopi diocelani licentia.

2. Non definam tamen hic annotare contrariam sententiam etiam post Concil. Tridentinum docere non ignobiles auctores, & ideo praeter Doctores, quos citat & sequitur Bonacina de Sacram. disp. 3. quest. vnic. punct. 2. n. 13. tenent hanc opinionem Azorius part. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 5. Fornarius de Sacram. Ordinis, cap. 5. §. 4. notab. 4. Molfesius in sum. tom. 1. tract. 2. cap. 2. n. 15. & nouissimè Mauritius Alzedo in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. n. 18. asserentes posse Episcopum extra diocesim sine licentia Ordinarij proprijs subditis primam tonsuram conferre, quia Concilium loquitur de Episcopo conferente Ordines; sed prima tonsura non est Ordo, sed initiatio ad Ordines, & solum concedi sine exercitio Pontificalium; ergo, &c.

3. Notandum est etiam hic obiter quod ego in 2. parte tract. 6. resol. 35. docui, Episcopum in aliena diocesi non posse celebrare Missam in Pontificaliibus cum baculo, & mitra absque licentia Ordinarij. Verùm contrariam sententiam probabilem putat Paulus Layman in questionibus Canonis cap. 17. n. 224. & absolute illam tenent Io. Vanshel in Clem. de privileg. fol. mibi 355. col. 2. & nouissimè Mauritius Alzedo in praxi Episcop. part. 1. cap. 13. n. 88. qui plures alios citat; sed tu ne recedas à nostra sententia, quam consuetudo confirmat, & docet nouissimè Gaucanus in enchir. Episc. & inuiceliones Episcopales, n. 11. qui citat Riccium.

RESOL. XXXIII.

An si in Dimissoria concedatur licentia Ordinandi à quocunque Episcopo in propria Diocesi ordinante, possit quis Ordinari ab Episcopo in aliena Diocesi de licentia Ordinarij Ordinationem exercere? Et an Episcopus per rathabitionem possit Ordinare alienum subditum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 190. alias 191.

§. 1. **H**ic casus olim accidit, & sententiam negatiuam docet Curtierrez in Canonis lib. 1. cap. 16. sed tunc ego adduxi Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 8. concl. 4. diff. 3. qui affirmatiuam sententiam probabilem putat. Cùm enim adduxisset aliquas rationes pro sententia negatiua, sic tandem asserit. [Est sententia parca mas certa, y probable, aunque quien dixesse lo contrario; no parece quedaria muy improbablemente por la razon, que hizimos. Porque parece, que las tales reuerendas equualen à generales; aunque en la apariencia tenga algun limite, y restricion.] Ita ille.

2. Sed tunc etiam dobitatum fuit, an tali casu eum ordinandus; & Episcopus ordinans, certo sentent proprium Episcopum, (si hoc sciret) generales dimissorias concessurum esse, & omnia rata habere; an, inquam, in tali casu non obstante dimissoria cum illa limitatione, sine scrupulo potuisset Episcopus dictum Clericum ordinare. Et respondi affirmatiuè cum Villalobos in sum. tom. 1. tract. 1. diff. 9. num. 8. vbi ita ait; [lo que toca à reuerendas ha lugar la rathabition; esto es, que al que se ha de ordenar crea con buena fe que el Obispo tiene por bien, que se ordene sin esperar dimissorias, como lo dice Salcedo.] Sic ille; & Ledesma vbi supra à concl. 5. ita asserit. [Puede el Obispo ordenar al que no es su subdito, teniendo por cierto, que el proprio Obispo lo tendrá por bien.] Et de hac questione nos alibi fusius diximus partem etiam affirmatiuam eum Paludano in 4. sem. dub. 18. quest. 1. art. 2. cap. 19. tenen-

tes; quidquid in contrarium videatur docete Bonacina de Sacram. disp. 6. quest. vnic. punct. 4. num. 28. & Aloysius Riccius in addit. ad inst. Can. Lancellot. lib. 1. tit. 25. §. pari ratione, & nouissimè doctus Turrianus de cons. lib. 5. disp. 46. dub. 1. vbi negat Episcopum per rathabitionem posse ordinare alienum subditum; sed nostra sententia est etiam probabilis.

RESOL. XXXIV.

An Episcopus inuitatus ad ordinandum in aliena Diocesi possit ibi ordinare non solum suos subditos, sed etiam alienos literas dimissorias suorum Episcoporum portantes? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 144.

§. 1. **N**on posse sine noua & expressa licentia Ordinarij, seu Capituli à quo inuitatus est ad ordinandum, tradit Barbosa de potestate Episcopi part. 2. alleg. 4. n. 64. & Miranda in manuali Pralator. tom. 1. quest. 38. art. 3. concl. vnic. ex Concil. Trident. cap. finali, sess. 6. de reform.

2. Verùm contrariam sententiam tenet Venerus in exam. Episc. lib. 1. cap. 12. n. 52. & Naarrus, Toletus, Fornarius, quos citat & sequitur nouissimè Mauritius Alzedo in praxi Episc. part. 2. cap. 5. n. 50. qui responder ad locum Tridentini asserens quòd loquitur de Episcopo ordinante in aliena diocesi ratione privilegij sibi dati à Papa ad conferendos Ordines in aliena diocesi; nam tunc sine licentia Ordinarij, & nisi Clericos illi Ordinario subiectos ordinare non poterit; secus autem in casu nostro, quando Episcopus est inuitatus ab alio Episcopo ad Ordines celebrandos generales, nam poterit ordinare ibi Clericos sibi subditos, & etiam aliarum diocesim, si literas dimissorias habeant, neque ad hoc requirere teneat aliam licentiam Episcopi vbi celebrat; sed sufficit generalis quam habet. Ita Alzedo loco citato.

RESOL. XXXV.

An qui v. g. accepit vnum Ordinem ab Episcopo originis, possit variare, & alium accipere ab Episcopo beneficij? Et an habitus Regulares possint, non obstante Decreto Clem. VIII. die 3. Junij 1599. ordinari ab Episcopo originis, neque id à Concilio Tridentino prohiberi, neque à dicto Decreto, neque ab v. n. contrario, vel sint à fortiori ordinandi ab Episcopo Diocesano? Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 35.

§. 1. **C**alus potest in praxi frequenter accidere, Et ad illum negatiuè responder Molfesius in summa tom. 1. part. 2. cap. 2. num. 10. vbi sic asserit. Est notandum, quòd si subditus aliquo ex praedictis quatuor modis semel elegerit vnum Episcopum, à quo aliquem ordinem suscepisset, non posset variare, & assumere alios ordines ab alio ex dictis Episcopis, nisi Episcopus, qui prius illum ordinauit iudicasset causam ordinationis, & remitteret ordinatum ad alium ex dictis Episcopis. Ita post Archidiaconum in cap. nec capiende, de concess. preben. Athillem de Grassis decis. 13. in titul. de pensionibus. Quaranta in verb. Ordo, & alios, notat Riccius loco citato decis. 106. quoniam si semel est factus subditus Episcopi ordinantis, cuius est onus prouidere illi de beneficio, & sic de alijs iuribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum in praedictum electi per primam ordinationem. Hucusque Molfesius.

2. Sec.

Qz hic est in tom. 3. tr. 4. Ref. 77. & hic supra in n. 1. lege §. vii. Ref. 44.

Sup. hoc lo. g. doctrina Ref. 104. & magis late pro contentio in hic Ref. in tom. 3. Ref. 16. per totum.

Sup. hac rathabitione in tom. 4. tr. 8. Ref. 58. §. penult. cursum in fine.

Sup. hoc pro suis subditis in tom. 5. tr. 3. cursum in §. vii. Ref. 25. & pro alijs literas dimissorias defrauctibus, lege doctrinam Ref. praeterea.

Sup. hoc in duobus Ref. seqq. & infra cursum in fine Ref. 56. & supra in ref. 31. paulo post initiu. §. 2.

2. Sed nonissimè affirmatiuam sententiam tenet Franciscus Zypæus in suis eruditissimis consulationibus Canonis, lib. 1. tit. de arate, & qualitate ordinandorum, consil. 3. quia hic variatio non contingit circa vnum & idem subiectum, sed respectu diuerforum: quoniam Ordo susceptus v. g. Diaconatus distat à suscipiendo v. g. Sacerdotij, itaque vt exclusiua sit variatio quoad vnum, qui & natura irreputabilis est, nihil vetat quoad alterum variare, & alterum Episcopum adire: si quidem nullus id iuris textus prohibet: & regula est, vt iure permissum censetur, quod non inuenitur prohibitum: eò magis quod in iure expressa sit concessio, vt adire liceat, quoniamque lubeat, originis, domicilij, aut beneficij, Episcopum; neque hæc exceptio adiciatur, neque verò vllibi decernatur, quod per additionem vnius Episcopi, alter fiat alienus, seu non proprius. Ordinationis autem legitimæ causa efficiens est propria ex vna rium causarum, originis, domicilij, iurisdicção ordinantis in ordinandum: qua in mente, manet legitima possibilitas effectus n. que pactis, aut factis priuatorum, manente causa, potest ea legalis possibilitas tolli. Et verò in l. 2. 3. 4. 5. & 20 ff. de opt. legat. optione assignat semel facta omne ius consumitur, sed rei eligendæ non omnibus autem exhibitis, quoad non exhibita integra manet optio dicta l. 4. & rationem assignat dicta l. 20. huius iuris: cur voluntatem optans mutare non possit. Quia omne ius prima, inquit, restatione consumpsit: quoniam res continuo eius simul ac se dixerit eam sumere: itaque quoniam non eadem ratio in casu nostro obtinet, additione vnius Episcopi non tollitur facultas à iure concessa pro alio ordine alium ad eundem, quem aliquin ius adire permiserit.

Sup. hoc in Ref. nor. seq.

3. Norandum est etiam hic obiter supra dictum Zypæum vbi supra docere, non obstante Decreto Clementis VIII. die I. Iunii 1599. posse hodie Regulares ordinari ab Episcopo originis: nec id à Concilio Tridentino prohiberi, nec à dicto Decreto, neque ab vsu contrario. Sed aduersus hanc sententiam vide Molfesum loco citato n. 23. & Mirandum in Manual. Prælatorum, tom. 1. quest. 38. art. 2. Et certò hodie ex vi Decreti Clementis VIII. Regulares non audent mittere subditos pro suscipiendis ordinibus, nisi ad Episcopos Diocesanos.

Sup. hoc Decreto in 10. 7. tr. 1. legatam Refol. 127. & Vide etiam alios verf. eius not.

RESOL. XXXVI.

An subditus si elegit, v. g. pro Ordine suscipiendo Episcopum domicilij, possit postea variare, & sumere Ordines ab Episcopo originis, vel beneficij? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 9.

§. 1. Negatiuè responderet Barbosa de potest. Episcopi, part. 2. allegat. 4. num. 1. vbi sic ait: Illud in hac materia est valde notandum quod si subditus aliquo ex prædictis tribus modis semel elegerit vnum Episcopum à quo aliquem Ordinem suscepisset, non possit variare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis Episcopis, nisi Episcopus qui prius illum ordinauit, iudicasset cessare causam ordinationis, & remittere ordinatum ad alium ex dictis Episcopis: ita post Archid. in cap. nec captanda, de concess. præb. Achil. de Grassis decis. 13. de pensionibus, Quarantam & Riccium obseruat Molfes. dict. cap. 2. n. 10. reddens rationem, quia si semel factus est subditus Episcopi ordinantis, cuius est onus providere illi de beneficio, & sic de aliis iuribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum in præiudicium electi per primam ordinationem. Ita Barbosa, cui etiam adde Plafectium in praxi, part. 1.

cap. 1. art. 2. num. 4. qui citat Quarantam.
2. Sed ego in part. 6. tract. 7. refol. 33. pro contraria sententia adduxi contra Molfesum, ordinatum nunc addo Auerfiam de Sacram. Ordinibus, quasi, post 6. vbi ita asserit. Sufficit demum, qui licet ex his modis subiectionis: ita quod si quipiam sit ordinatus ex vno loco, & habeat beneficium non requirens residentiam in alio, & domicilium perpetuum in alio, poterit à quolibet ex his Prælatiis promoueri, & sumitur ex l. Seniores, ff. de Senatoribus. Et tandem ad vnum Ordinem ab vno, & alium ab alio. Ita hanc sententiam tenet etiam Squillante de praxi. leg. Cleric. cap. 4. num. 236. vbi ex Nouario testatur Curia Archiep. Neapolitan. fuisse resolutam, ordinatum in loco domicilij, posse ordinari in loco beneficij.

RESOL. XXXVII.

An qui v. g. suscipit Ordines minores ab Episcopo domicilij, possit variare, & suscipere Subdiaconatum ab Episcopo originis propria, & pariter, & postea Diaconatum & Sacerdotium ab Episcopi beneficij? Et absolue docetur habentem plura beneficia in diversis Diocesis posse, à quo maluerit suscipi, ordinari? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 4.

§. 1. CASUS in Praxi sæpius potest contingere, de affirmatiuam sententiam in par. 2. in quoquam tantam, & alios. Et quia scio vtris doctoris nimis plene euisse, nunc iterum illum firmabo à doctoribus huius Trullench de Sacram. lib. 6. cap. vltimo, deo. n. 1. vbi sic ait: Aduertit, & dicit valde notandum in hac materia B. vobosa, Molfesius, & alij, quod si subditus aliquo ex tribus modis prædictis elegerit vnum Episcopum, à quo aliquem ordinem suscepisset, non possit variare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis Episcopis; nisi Episcopus, qui prius illum ordinauit, iudicauerit cessare causam ordinationis, & remitteret ordinatum ad alium ex dictis Episcopis. Ita colligit Archidiaconus in cap. ne captanda, de concess. præb. Et reddunt rationem, quia semel factus est subditus Episcopi ordinantis, cuius est munus providere illi de beneficio, & sic de aliis iuribus Episcopalibus; non potest talis subditus eligere alium Episcopum in præiudicium electi per primam ordinationem. Consequenter idem Barbosa lib. 1. de iure vniuerso, cap. 33. num. 39. tenet eam quæ habet plura Beneficia in diuersis Diocesis, si elegerit vnum Episcopum, à quo incipit ordinari, non posse postea Ordines suscipere in alia Diocesi, ratione alterius beneficij. Nihilominus tamen, cum bona venia tantorum Doctorum, existimo talem postea post susceptionem vnius Ordinis variare, & ab alio Episcopo ordinari: tum quia, etsi hunc Episcopum modo elegerit, non ideo desinit esse subditus à iure aliorum: ergo, dum variat, vniat iure suo; consequenter nemini facit iniuriam: tum quia per primam electionem non abdicauit à se ius eligendi, quod habebat: tum quia Doctores citati, in v. v. versio. Tertio Episcopus, absolute docent, habentem plura Beneficia in diuersis Diocesis posse, à quo maluerit Antistite ordinari: tum & præcipue, quia id nullo iure reperitur expresse prohibitum: nec id nullo iure solum loquitur de illo, qui habet finos: nam illud solum loquitur de illo, qui habet finos: nam illud solum loquitur de illo, qui habet finos: nam illud solum loquitur de illo, qui habet finos: quod primo vacauerit; qui quidem, antequam Beneficium

IN TOT
Opera
Tom. I
E III